

In mensuram ætatis plenitudinis Christi.

Léctio Epístolæ beāti Pauli apóstoli ad Ephésios

4, 1-7. 11-13

Fratres:

- ¹ **O**bsecro vos ego vinctus in Dómino,
ut digne ambulétis vocatióne, qua vocáti estis,
² cum omni humilitáte et mansuetúdone,
cum longanimitáte, supportántes ínvicem in caritáte,
³ sollíciti serváre unitátem spíritus in vínculo pacis;
⁴ unum corpus et unus Spíritus,
sicut et vocáti estis in una spe vocatiónis vestræ;
⁵ unus Dóminus, una fides, unum baptísma;
⁶ unus Deus et Pater ómnium,
qui super omnes et per ómnia et in ómnibus.
⁷ Unicuítque autem nostrum data est grátia
secúndum mensúram donatiónis Christi.

[8-10]

- ¹¹ Et ipse dedit quosdam quidem apóstolos,
quosdam autem prophétas,
álios vero evangelístas,
álios autem pastóres et doctóres
¹² ad instructiÓNem sanctórum in opus ministérii,
in ædificatiÓNem córporis Christi,
¹³ donec occurrámus omnes
in unitátem fidei et agnitiónis Fílii Dei,
in virum perféctum,
in mensúram ætatis plenitúdinis Christi.

Verbum Dómini.